

quinta XIX^w, et in sexta VIII^x, et ita deinceps usque in finem kalendarii, semper augendo precedentem numerum per octo, sic tamen, ut quotiens numerus ille XIX^y excedit, totiens XIX^z inde subtrahantur et, quod restat, in loco suo ponatur, ponendo tamen regulariter maiorem
 5 numerum in tertio ordine, minorem vero in immediate sequenti. Dixi regulariter, quia per duodena loca non est hec regula vera: ut hec omnia plane tenentur^a in computo iam allegato.

[§8] Porro¹¹ facta determinatione, quam dixi, per prefatas synodos de tempore pascalis observantie, ad obviandum erroribus, qui in ecclesia
 10 occidentali de materia presenti frequenter^b sepe numero acciderant, ut hoc patet ex epistulis Leonis pape ad Marcianum imperatorem, Alexandrino patriarcha commissum erat propter peritiam legis astrorum, que tunc in Alexandrina civitate vigeat, ut annuatim diem pascalis celebrationis Romano pontifici insinuaret. Qui quidem summus^c pontifex id
 15 ipsum ecclesie occidentali indicabat, de qua consuetudine loquitur epistula Paschasii ad Leonem papam. Invenimus denique papam de celebratione pascali per concilium informationem accepisse, Silvestrum dico ab Arelatensi synodo. Et de illa consuetudine loquitur capitulum „Placuit ut venerabilis“ et capitulum „De observatione“, De consecratione,
 20 distinctione III. Hinc sumpsit occasionem abbas ille Dyonisius ante-

w) 19 Mg. x) 8 Mg. y) 19 Mg. z) 19 Mg. a) traduntur MbMgMl.
 b) om. MbMg. c) quidem summus] Romanus Mb.

11) Zu Porro facta – 144,2 memorato vgl. Hermann Zoest, *Phaselexis* c. 7 (*Clm* 18470, fol. 11v-12r): Antiquitus delegatum erat Allexandrino patriarche, ut diem celebrandi pascha annuatim annuntiaret Romano pontifici et per eum ceteris occidentalibus, qui sepe de pascha celebrando aut dubitabant aut errabant, pro ut patet in epistolis Leonis pape ad Marcianum imperatorem et imperatricem, quibus supplicat, ut operam suam religionis cultui dignanter impendant, uti consueverunt, ne ipsa Romana ecclesia in errorem cadat, quia de die celebrando dubitabat. Et Paschasius, qui in Calcedonensi Concilio presidebat, ad Leonem papam ita scribit ... Ne igitur error contingeret, ab Allexandrino episcopo Romano pontifici dies pasche annuatim intimabatur. Invenimus etiam quod per concilium informationem recepit et preceptum. Nam in concilio Arelatensi sic Silvestro pape scriptum legimus: ... De hac consuetudine habetur „De consecratione“, dist. III^a, „de hac observatione“ et „Placuit ut venerabilis“. Dyonisius vero, volens Romanum pontificem de hiis laboribus relevare, tabulam composuit, sed erravit et errorem induxit. Vgl. Leo I, *Epistolae ad Marcianum Augustum et Iulianum episcopum*, hg. von Bruno KRUSCH, *Studien zur christlich-mittelalterlichen Chronologie. Der 84-jährige Osterzyklus und seine Quellen* (1884) S. 257-265; *Epistola Pascasini*, ebd., S. 248; *Concilium Arelatense* a. 314 (praef. und c. 1), hg. von Charles MUNIER, *Concilia Galliae* (CC 148, 1963) S. 9; *Decretum Gratiani* III, dist. 3, c. 24, 26, hg. von FRIEDBERG (wie S. 108 Anm. 9) Sp. 1359-1360.